

dum non est; sed frigida etiam conuenientia permiscenda sunt, ne renum calor augeatur; sicque excrementa ad ipsos deducantur. Frigida, quæ renum & urinæ ardori renibusque exulceratis detergendis conueniunt, sunt plantago vtraque, oxalis, portulaca, nymphaea, parietaria, lactuca, cichorium: semina frigida maiora & minora, hordeum, semen papau. lactucæ, portulacæ. Fructus, iuinbæ, sebesten, fraga, flores violar. rosarum, nenupharis.

Hysterica seu vterum respicientia sunt rad. apertientes, aristolochiæ vtriusque, rubiæ maioris, gentianæ, pœoniæ, valerianæ, angelicæ, galangæ, asari, dictamni albi. Herbæ vero hyssopus, athemisia, matricaria, calamentha, pulegium, serpillum, origanum, nepeta, melissa, tanacetum, ruta, sabina, costus. Semina calida maiora & minora, pœoniæ, seseleos, genistæ flores, genistæ, calendulæ, hyssopi, quæ omnia mensibus suppressis mouendis, intemperiei frigidæ & humidæ corrigendæ conueniunt. Frigida vero sistendis mensibus accommodata inter radices, plantago vtraque, bistorta, tormentilla, symphytum maius. Herbæ, plantago vtraque, portulaca, lactuca, semperuiuum vtrumque, vitica mortua flore albo, polygonum, virga & bursa pastoris. Semina portulacæ, plantag. myrthi, papau. albi, rosar. flor. maluæ arborelcentis. Ex enarratis simplicibus aquæ stillatiuæ eliciuntur, iisdem affectibus vtilis, syrups componuntur, decocta parantur, quibus medicamenta purgantia infunduntur, aut syrups dissoluntur.

Enar-